Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et qui vigilauerit propter illam cito erit securus: quo dignos se: ipsi circuit querens. et uiuus suis ostendet se illis hilariter: et in omni prudentia occurret illis. Initium enim illius uerissima est discipline concupiscentia.
Curam autem discipline dilectio est: et dilectio custodire legum illius est. Custodire autem legum: consummatio incorruptionis est. Incorruptio autem: facit esse proximum deo. Concupiscentia itaq; sapie: deducit ad regnum perpetuum.
Si igitur delectamini sedib. et sceptrib. reges populi: diligite sapiam ut in perpetuum regneris. Diligite lumen sapientie: omnes qui pestis populis. Quid est autem sapia et quea admodum facta sit referam: et non abscondam a uobis sacramenta dei. sed inuestigabo: et ponam in luce scientiam illi. et non preteribo ueritatem: neq; cum inuidia tabescente iter habebo: qui talis homo non erit participes sapie. Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum: et rex sapiens populi stabilimentum est. Ergo accipite disciplinam per sermones meos: et proderit uobis. Itaq; erudimini per sermones meos: et proderit uobis. Sum quidem et ego mortalis homo similis omnib. et ex genere terreno illi qui prior factus est. et in uentre matris figuratus sum caro.
Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis: et delectamento somnii conuenientis. Et ego natus accepi commune aerem. et in similitudinem facta decidi terram: et primam uocem similem omnibus emisi plorans. In uiuolumentis nutritus sum: et curis magnis. Nemo enim exregibus aliud habuit nativitatis initium. Vnus igitur introitus est omnibus aduitam: et similis exitus.
Propter hoc optaui et datus est mihi sensus: et inuocaui et uenit in me spiritus sapie et preposui illam regnis et sedib. et diuitias nichil esse dixi in comparatione illius. nec comparauit illi lapidem pretiosum: quo omne aurum in conparatione illius harena est exigua: et tamquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Sup salutem et speciem dilexi illam: et proposui pro luce habere illam: quo inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa: et innumerabilis honestas per manus illius. Et letatus sum in omnib. quo antecedebat me ista sapia: